

909

scipuli vidissent & audissent, Dominum resuscitatum, & ex plurimis indiciis resurrectionem ejus cognovissent, & credidissent, hoc lætum nuncium etiam collegialiter Thome proposuissent, & ipsum ad fidem resurrectionis suscipiendam commovere voluerent dicentes, *Vidimus Dominum v. 25.* tamen ille fidem recipere noluit inquiens. *Nisi videro in manibus ejus vestigium clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meas in latus ejus, non credam,* ibid. sed quamprimum se Dominus Jesus eidem manifestavit, & verbum paschalis lucis eidem communicavit, dicens omnibus discipulis, *Pax vobis v. 26.* & Thome peculiariter: *Infer digitum tuum buc, & vide manus meas, & adfer manum tuam, & misce in latu meum,* & noli esse *INCREDULUS, sed FIDELIS v. 27.* statim omnis incredulitas evanuit, cæcitas oculorum, surditas aurium, & earum occlusio, durities cordis, & obstaculum omne paschalis *Mnemosophias* disparuit, & ex intellectus illuminatione, cordis fidelis apertione, Thomas in hæc, fide plenissima, verba prorupit inqviens: *v. 18. Dominus meus, & DEUS meus, & elogium fidelis discipuli Paschalis retulit: Quia vidisti me, Thoma, credidisti: Beatis, qui non viderunt, & crediderunt. v. 29.* Partim personis sociis, sicut hac in re satis illustris est *historia duorum discipulorum Emaunicorum Luc. XXIV. 13. seq.* Nam hi nihil de mysteriis paschalibus cognoscebant, ipsum Jesum resuscitatum praesentem, simul iter facientem, & secum colloquentem, non agnoscebant, de rebus gestis tempore passionis & mortis mutuo quidem, sed absqve spe resurrectionis, inter se conferebant *v. 20.* *rumores paschales pro terroribus, relationes mulierum pro vanis narrationibus, apparitiones angelorum profabulis animalibus, annunciationes & intimationes paschales angelorum produbitis, aut falsis traditionibus, recognitiones Apostolorum pro falsis aut incertis indiciis, habuerunt, & stulti, quoad intellectum, & tardii, quoad cordis conceptum, manserunt, & ea de causa gravissimam Doctoris paschalis reprehensionem incurserunt v. 25. Ostulti, & tardi corde, ad credendum in omnibus, quæ locutissunt prophetæ: sed quamprimum Christus scientia paschalis,*

B 3

& mo-